Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ubi xp̄s nasceretur. At illi dixerunt ei In bethleem iudeae.
sic enim dictum est per pphetam et tu bethleem terra iuda
nequaquam minima es in principibus iuda ex te enim egredietur
qui regat populum meum israel. Tunc herodes clamiocatis
magis diligenter didicit a eis tempus stellae quae apparuit
eis et mittens illos in bethleem dixit. Ite et interrogate di
ligenter de puero et cum inueneritis renuntiate mihi ut
et ego ueniens adorem eum. Quicum audissent regem
abierunt. et ecce stella quam uiderant in oriente antece
debat eos usque dum ueniens staret super ubi erat puer uiden
tes autem stellam gauisi sunt gaudio magno ualde. et in
trantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius;
et procidentes adorauerunt eum. et aperientes thesauros suos ob
tulerunt ei munera. aurum thus et murrem. et respon
so accepto in somnis ne redirent ad herodem. per aliam uia
m regressi sunt in regionem suam. Quicum recessis
sent postea quam impleti sunt dies purgationis materis
eius secundum legem moysi tulerunt illum in hierusa
lem ut sisterent eum dno sicut scriptum est in lege dni.
quia omne masculinum adaperiens uulua sanctum dno uo
cabitur. et ut darent hostiam secundum quod dictum est
in lege dni paria turturum aut duos pullos columbarum. et
ecce homo erat in hierusalem cui nomen symeon et ho
mo iste iustus et timoratus expectans consolationem israel
et spiritus sanctus erat in eo. et responsum acceperat a spiritu
sancto non uisurum se mortem nisi prius uideret xpm dni.
et uenit in spiritu in templum et cum inducerent puerum
ihm parentes eius ut facerent secundum consuetudi
nem legis pro eo ipse accepit eum in amplexos suos et be
nedixit dm et dixit. Nunc dimittis seruum tuum dne
secundum uerbum tuum in pace. quia uiderunt oculi
mei salutare tuum. quod parasti ante faciem omnium populorum.